Dionysius; Cuspinianus, Johannes [Editor]; Avienus, Rufius Festus [Oth.]: Situs orbis Dionisij Ruffo auieno interprete

Vienne, 1508 Seite h

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. STANISLAO OLOMVCENSI EPISCOPO CVSPINIANVS S P D.

Ruffus festus Auienus qui tp̄ibus dioclitiani Caes: claruit post Arati Phænomena : Periegesin quoq; Dionisii Punici poetæ ex ityca tyriorũ colonia uel ut alii ex bizante orti siue Corinthii Suida teste tamquã Paraphrastes latinitate donauit ut cœli terræq; superficiẽ depingeret studiosis quod felicissime præstitisse fatebit̃ quisq̃s Aratũ ac Dionysiũ Ruffo interp̄te sed emaculato castigatoq; ac ꝓpurgato lectitabit. Adhibui operã Reuerẽdissime antistes ut hoc de situ orbis opus: iã pluribus annis nõ lacerũ mõ ac singulis ꝑne carminibus deprauatũ sed integris quoq; chart[ inuersum (quod nemo hactenus aĩaduertebat) emũctũ ac castigatũ tuo auspicio ꝓdiret in lucẽ ut & auctor Dionysius & Ruffus metaphrastes opẽ nr̃am: quãtulacũq; sit hec: sentiret. Attulit mihi ad hãc exequendã suppetias Aldus Manutius uir de utraq; lingua benemeritus : qui me greco Dionysii uenerãde uetustatis exẽplari donauit: ex quo errata pluria detersi. Quod facile intelliges cũ seuerioribus studiis semotis : succisiuis horis terras ac maria cognoscere ex hoc Dionysio tua R. P. uoluerit. Vertit & hũc in latinũ Priscianꝰ Cesariẽsis insignis grãmaticus uel ut alii uolũt Rhẽnius fannius. Nr̃a aũt etate Antonius Becharia Veronensis: lege carmĩs non obseruata. Cõtulimus hos oẽs & nr̃as quoq; annotatiões descripsimus in cõmẽtariolũ: quãquã eustathiũ ĩter grecos in dionysiũ hoc fecisse nõ ignoremꝰ. Tñ pl̄ima seculo nr̃o sũt & inuẽta loca prius ignota & a scriptoribꝰ uetustissimus neglecta: q̃ prope diẽ tuæ R. P. mittã. Interim tuũ agnosce clientẽ deditissimũ & hoc amoris pignus a me suscipe frõte qua soles serena. Vale & me cõmendatũ habeto.

Universitäts-
Bibliothek
Heidelberg

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/dionysius1508/0008

gefördert durch
Baden-Württemberg